

**VIII.**  
**CHRONOLOGIA. GENEALOGIA.**  
**HERALDICA. NUMISMATICA.**

**CLXVIII.**

B. G. (3) 8. fol.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 110., quorum 1. 3. 59. 79. 87. 95 et 110 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—93. *Tabulae chronolog. ab initio mundi ad ductum D. D. Wasmuthii.*

Incip. *A. 1. Adam a Deo creatus etc.* Explic. *Hiskir videtur fuisse 3403.* Perductae sunt hae tabulae usque ad a. 4178. p. m. c.

b. fol. 94—109. *Variae deductiones chronologicae manu Immanuel. Weberi.*

Singula quae sub lit. b. continentur, haec sunt: 1. *Aedificatio Templi secundi absol. a sexto Regis Darii non Hystaspis sed Nothi (Ochos).* 2. *Initium septuag. hebdom. Danielis incidit in a. primum Cyri.* 3. *Aetas mundi, qua Israel. exierunt ex Aegypto.* 4. *Quoto anno mundi coepta sit exstructio templi Hieros.* 5. *Solutiones variae chronologicae.*

Fuit hic codex olim in bibliotheca J. H. Maii.

**CLXIX.**

B. S. Ms. 197. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. numerat. 88. Continentur:

**Annotata in Genealogiam Diepholti dictata in Acad. Julia. 1642.**

Incip. *Historiae verae narrationis etc.* Explic. *Pertinet ad Principem Arausionensem.*

**CLXX.**

B. S. Ms. 591. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII. ineuntis, foll. 133., quorum 1. 2. 132 et 133. vacua sunt. Continentur:

**Zur Heraldik.** Eine Sammlung in Farben ausgeführter Wappen. Im Ganzen 118.

Ita titulus. Incip. *Adelmannsfelden.* Explic. fol. 130.: *Itzstein.* Insignia gentilitia artificiose vario colore distincta sunt; illa tamen fol. 12 et fol. 82 non picturata sunt. Fol. 20—25., fol. 31 et fol. 81 additae sunt notae historicae et genealogicae manuscriptae. Fol. 131. (in 4.) aliena continet.

**CLXXI.**

B. S. Ms. 170. 4.

**Immanuelis Weberi Examen Artis Heraldicae** maximam partem ex insigni opere Speneriano collectum . . Francof. ad Moen. 1696. 8.

Huic libro Jo. Henr. Mollenbeck Prof. Gissensis varias adscripsit notas.

**CLXXII.**

B. S. Ms. 255. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., fol. 8. Inscriptio:

**Sigilla.** Sechs Querfolio-Blätter, enthaltend Handzeichnungen von Siegeln; zwei Blätter in 4. enthaltend in Kupfer gestochene Siegel. Sunt aurea bulla et sigillum, quod appendet sententiae originali, quae inter Reg. Dan. et Ducem Slesvicens. a. 1285. Nyburgi lata fuit, ubi Insula Alsen Regi adjudicata. Conf. Hvitfeld edit. in fol. p. 288.

## CLXXIII.

B. S. Ms. 23. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII. elegantissime exaratus, foll. 58., cum duobus vacuis ab initio et in fine. Foll. 30—50. (a librario ipso numeris I—XX. consignata) habent figuras artificiose atramento chinensi pictas. Continentur:

**Séries Numismatum antiquorum** tam graecorum quam romanorum quae non minori sumptu quam summo labore comparata sunt.

Ita titulus. Continentur fol. 3—6.: Numi Urb. et Populorum aurei, argent. aerei. Fol. 7—10. Numi Regum aurei etc. Fol. 11—15. Numi Consul. et Familiar. aurei etc. Fol. 16—29. Numi Imperat. Rom. aurei etc. Fol. 30—50. Picturae statuarum aerearum. Fol. 51—52. Index num. Imp. Rom. Fol. 53—56. Epistola possessoris numorum et statuarum in hoc catalogo designatarum ad Senkenbergium ut videtur, de praestantia et valore collectionis suae etc. Fol. 56—57. Index num. arg. Famil. Rom., Reg. et Urbium.

## CLXXIV.

B. S. Ms. 149. 4.

Codex chartaceus anni 1721., argumentis in margine notatis, foll. 223., quorum 1 b. 2. 222 b. et 223. vacua sunt. Titulus:

**B. Gotthelf Struvii, Prof. Jenensis, Notitia Rei Numariae in Discursu a. 1721. Tom. I.**

Incip. *Discurs. praelim. Supervacaneum puto, multa praeliminariter de numorum usu dicere etc.* Explic. *Auf die Rarität und einen Liebhaber an.*

## CLXXV.

B. S. Ma. 150. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., fol. 82., quorum 1 b. 2. 81 et 82. vacua sunt. Continentur:

**Appendix ad Collegium Struvianum de Re Numaria sive Tomus II.,** exhibens numos Graeco Romanos et Gothicos cum pretiis, ex numophylacio, ut videtur, Arnstadiensi.

Incip. *Numismata Graeca Regum et Civitatum Graeciae. Arg. Tetradrachmalis. 1. Caput Alexandri etc.* Explic. *Vier nummi Argent. Basil. von einem Schlag. 16 Xr. Finis.*